

Ezech. xxxvi, 30. sicuum, Jud. IX, ii.) in Kal non-nisi bis adhuc occurrit, nempe *Prov. X, 31. os iusti יְנִינִים progerminabit sapientiam; & Psalm. XCII, 15. plantati in domo Jehovæ יְנָבֵן fructificabant in senectute, &c.* Quare & hīc ejusmodi opum fertilitas innuitur, ubi quasi ex unō nummō progerminat alter, vel ubi agri, aut mercimonia alia consistunt (ut loquuntur) in flore, &c. Capillum, qui aliam hīc comminiscitur lectionem, בָּבֶל refellit Buxtorffius *anticrit.* p. 641.

ne apponatis cor :) iisdem nimirum insolenter confidendo, ceu colligitur ex præcedentibus. Ita & alibi *Ponere cor ad aliquid, vel ponere aliquid super cor,* est, intensius id amare, curare, omnem illuc fiduciam dirigere; ceu constat ex *Deut. xxxii, 46. Ezech. XL, 4. Psal. XLVIII, 14. &c.* vide hīc Höpfnerum, qui *cor* tam de mentis, quam voluntatis, ac effectuum inclinatione declarat. De divitiarum usu vide *Perkin. I 3. c. 2. conf. p. 135. Groff. t. 1. the. bibl. p. 990.*

EXPLICATIO VERSUS XII.

אחד unum vel semel :) h. e. satis evidenter, certò ac infallibiliter Deus id edisseruit, quod tanquam palmarium religionis veræ caput cuivis probè notandum, & quod tam in lege, quam Evangelio adeò promulgatum est solenniter, ut nullam patiatur aut patitur mutationem vel exceptionem. Sic namq; vocula hæc feminina בְּחָרֶב, (quæ neutraliter ponitur & simul adverbialiter, ut simile quid vidimus de, בְּרַב vers. 3.) *unum, semel,* solet designare id, quod non mutatur, da es bey dem / das einmahl gesaget ist/ verbleibet: ceu videre est ex *Psal. LXXXIX, 63. בְּרַב semel* juravi in sanctitate meâ, &c: *Job. XXXIII, 14. בְּחָרֶב in uno* (vel semel) loquitur Deus, בְּרַב וּבְשָׁרוֹב alter à vice non intuebitur illud. *Prov. XXVIII, 18. perversus viis cadet בְּרַב semel* (h. e. penitus, ut pluribus porrò casibus non sit opus;) Huc illud *Job. IX, 25. unum scio* (h. e. id infallibiliter præ cunctis aliis rebus pernovi,) quod cum cœcus essem, visum receperim. Confer *Gloss. I. 3. philol. sacr. tr. 5. can. 14. Scharp. symph. p. 456.*

locutus est :) nempe tum per verba realia, quando ipsò opere robur suum comprobavit infinitum, tum per verba, prophetarum ori imposita. Opponitur hīc sermo Dei infallibilis ac majesticus stultiloquio divitum thrafonico, dum tumidè semper suum depradicant robur, insultantes indigentioribus &c.

בְּרַב bis :) i. e. aliquoties. Lutherus: etlichmahl (olim: zweymahl;) Kimchi: multis vicibus. Campensis: se numero. Per synecdochen numerus certus pro incerto ponitur, sicut *Hos. X, 10. duo peccata: Amos. IV, 8. duæ tres urbes.* Huc illud *Job. XXXIX, vers. ult. semel locutus sum, & non respondebo;* & bis, nec addam: h. e. semel atque iterum locutus; sed nil quicquam imposterum respondebo. Kimchi quosdam ait בְּרַב accipere de בְּרַב, duplē autem auditionem tum de Dei, tum Mosis promulgatione. verū à scopo alienum hoc ipse met agnoscit. Ghislerium, qui (pref. in *Cant. c. V.*) ex loco hīc plures unius dicti sensus literales ineptissimè elicit, refutatum vide apud Gerhard. t. 2. conf. cath. p. 242.

robur (est) Deo :) h. e. in nemine licet fiduciam ponere, praterquam in Deo solo, ut po-

A te qui solus habet Robur immotum, quod omnibus tuis desideriis est sufficiens, quod nuncquam cessat, nec ab alio quoquam superatur unquam. Adeòque impiorum habita ratione, qui de suis facultatibus grandia præsumunt atque gloriantur vers. 11. dicere vult Psaltes: o mitelli vos homunciones, quid somniatis de vestris viribus? Vires seu robur, tam nocendi, quam commoda, sibi aliisve procurandi, non stant penes illum hominem, sed penes solum atque unum Deum.

לְאֱלֹהִים Deo .) h. e. ipsi, quem loqui audi vi, pro hōc enim pronomine ponitur ipsum nomen loquentis p. 129. n. 7. & litera (ל) notat possessionem, p. 150. Subinferri vero simul exclusum לְבָרֶב solus, observavit etiam Judæus Kimchi: id quod notandum pro versione Lutheri, daß Gott allein mächtig ist/ ut & Rom. III, 28. vide sis *Deut. XXXII, 3. 1. Reg. XXI, 20. item Fessel. 4. advers. c. 1. seqq.* Similiter cum Lutherò reddidit etiam Campenlis: *solum Deum est, qui possit omnia.*

EXPLICATIO VERSUS XIII.

וְלֹךְ tibi :) vel tua est misericordia: iterum (ל) redit sensu modo indicatō. Iterum etiam mutantur personæ; proximè enim locutus fuerat de Deo, tanquam absente; nunc eundem alloquitur per apostrophen, tanquam presentem.

חֲסֵר tua (est) gratia :) h. e. non solum Deus ad vindicandum pios, qui in ipso solo confidunt, satis est potens ac robustus, sed insuper etiam mirè clemens, ita ut sectatores suos in utero quasi gestet, (Jes. XLVI, 3.) istisque largè meraque ex gratiā compenset, quæcumque modo bona fecerunt, & econtra hostibus etiam pro ratione scelerum referat pœnas graves & infinitas.

כַּלְבָּשׂ rependes :) nimirum tum in hac, tum potissimum in futurâ vitâ. q. d. Deus non est otiosus actionum humanarum spectator, sed cuivis tandem mercedem refert, tanquam judex iustissimus, quantumlibet diu nonnihil suspendatur evidens ille judicialis actus.

לְאִישׁ viro :) h. e. unicuique: ita nomen hoc Vir distributivè nonnunquam ponitur, pro quilibet, ceu videre licet ex *Psal. XII, 3. XXXI, 20. XXXIX, 7. Joël. II, 7. Jer. XXIII, 36. Gen. XI, 7. Exod. XI, 2.*

כְּמַעֲשֶׂךָ secundum opus suum :) i. e. pro ratione vel qualitate (non causâ) operum; ita ut opera mala malum sequatur damnum, bona vero opera (ex merâ licet Dei bonitate) bonum præmium. Lutherus: wie ers verdienet. Periculorum hoc esse merendi vocabulum, annotat *Anam. antib. p. 785. Confer Job. XXXIV, II. Proverb. XXIV, 12. Cob. XII, 14. Jer. XXXII, 19. Ezech. VII, 27. XXXIII, 20. Matth. XVI, 27. Rom. II, 6. 2. Cor. V, 10. Ephes. VI, 8. Col. III, 25. 1. Pet. I, 17. Apoc. XXIII, 12. Vide Gerhard. t. 4. conf. cath. p. 876. & t. 4. LL. de Bon. Oper. §. 115. Chamier. t. 3. panst. I. 14. c. 7. §. 1. Meifar. quæst. illust. pag. 555. Thumm. de justific. pag. 149.*

USUS PRACTICUS E VERSU I.

(1) Tranquillitati in Deo studendum imprimit, ne diffidentia, impatientia, curis seculi importunit, affectibusque aliis disturbemur à side, precibus, gaudio spiritus, &c. v. Psalm. XXXVII, 7. LXV, 2. Jes. XXVIII, 16.

(2) Salutem queramus expectemusque à solo Deo Salvatore nostro.

USUS

9
USU
Corripiendo su
nde tabulz:
nos ipso, vol
V. etiam
indicare non ca
satu: quoiqu
Tumultuar
Crudelitas, in
V. prec.
Afficio non ef
jam sponte
voluta. Imo
Gal. VI, 1.
USUS
Consultare
dignorem
Mendacii u
andique commu
Lobis blandi
medicare vel vil
unductum: J
Perimes buc
usceptina. M
USUS
Silentio &
nostra n
creature p
sua à liberis,
patur Causa
De
uerdicta v. 3.
USUS
atus nostra à
Gloria nostra,
in nullo etiam
er. IX, 23.
De Petri robu
USUS
De fiducia in De
Tempore non ta
Ost titulum,
puso; carmin
bendimus.